

Aduertencias para

ad seculares. 2. num. 12. in Compendio Ar-
chiepiscopi num. 11. concessit ergo confessa-
riis rite presentatis ex Ordine Fratrum Mi-
norum, ut possint in omnibus votis dispensa-
re in quibus possunt Episcopi, preterquam
in voto peregrinationis ultra duas dietas.
Et confirmatur ex Henrico, To. I. lib. 7. de
Indulgentiis, cap. 28. num. 6. vbi dicit. Co-
fessarius regularis generaliter dispensat cum
externis dum causa subest, non tantum in vo-
to peregrinationis citra duas dietas [seu. 14.
leucas] sed in omni voto Episcopis reserua-
to. Ex Compendio Claudij Prepositi Gene-
ralis, ver. Dispensatio. §. 10. &c. Tertio ait
Pater Emanuel confessarios debere aduerte-
re illis cum quibus dispensarunt, ut possint
petere debitum [nō obstante voto castitatis,
quod ante matrimonium contractum emis-
serunt] ut mortuo cōiuge, illum qui votum e-
missit cum sua remanere obligatione, quam
ante matrimonium contractum habebat, vi-
delicet quod non potest contrahere matrimo-
nium sine peccato, & post contractum mini-
me potest debitum petere, sine noua dispen-
satione Episcopi, aut confessoris Ordinum
Mendicantium ab Ordinario approbati, &
a sue